

78 N3

[140]

1740

86

VOTA DECENNALIA  
 PRO  
 EXSTRUCTIONE, TVITIONE  
 ET  
 CONSERVATIONE SCHOLAE  
 NATALI IPSIVS DIE XXVI IVNII  
 DEO  
 OPTIMO MAXIMO  
 SOLVENT,  
 ET  
 ARTIS TYPOGRAPHICAE  
 CVLTORIBVS  
 IVBILAEVM  
 CELEBRANTIBVS  
 ADPLAVENT  
 MVSAE VVERNIGERODANAE  
 ACTIVM DIRIGENTE  
 HENRICO CAROLO SCHV'TZE  
 LYCEI RECTORE.

VVERNIGERODAE, Litteris Struckianis.



empland

Kassel 78N3 [140]

1740

AK

X3037697



Quaeuis terra artem alit  
Non omnis tamen inuenit  
tum liberales tum mutas artes

vna prae aliis ferax est ingeniorum acriorum  
crassus aer & locorum situs hoc discrimen facit  
exemplo sunt

Boeotia, Phrygia, Lapponia & ex parte Scythia  
harum regionum incolae inueniendi arte praecelluerunt numquam  
puriori sub caeli tractu quae viuunt gentes  
maiori acumine ingenii pollent plerumque

Galli inueniendi artem prae aliis immo fere vnice sibi vendicant  
Sinaenses sibi adscribunt  
sed falso,

Nec

Raimundus Lullus artem suam sic dictam inuentiam in monte quodam  
& vt adseruit, e caelo recepit.

Alii quoque sunt inuentores

Germania quoque artium altrix & inuentrix

Bartholdus Niger enim, Friburgensis puluerem nitratum  
Otto de Guericke, Consul Magdeburgicus antliam pneumaticam  
cuius vsus per omnem fere naturalem scientiam sese extendit  
haemisphaeria item Magdeburgica

Ioannes Praetorius, Professor Altorfinus mensulam ab eo dictam Praetorianam  
excogitauit

Sola ars typographica luculentissimum huius rei adfert documentum  
Germania enim huius artis est repertrix

Faceffat igitur

Lulli iactantia

faceffat Vaillantii criminatio

qua cum Moscouitis Germanos comparauit  
adeff

ars impressoria

quae sola Gallum istum inepte iudicantem refellere potest

si enim nouiter excogitata in orbe erudito mittis

manuarias inter artes haec vtilitate eminet

ingeniorum est ministra

& litterarum propagatrix

quae

contra impotentiam aeu

ingeniorum foetus extendit in aeuum

brevique



breuique temporis spatio per orbem dispergit  
 Chartas senio victas reparat  
 &  
 obstetricante prelo Aesonis instar iuuenta donat  
 Charta, qua nihil fragilius, & stanno miuutatim festo  
 oblectatur haec ars  
 temporis voracitati  
 ferrum ac marmora exedenti  
 immo  
 immortalis memoria dignos viros vetat mori  
 & quod maximum  
 a summo numine dictitata & sacro calamo scripta typis exscribit  
 palam facit & hominibus tradit  
 Hoc ingens Dei munus  
 grata omnino memoria prosequendum  
 riteque perpolitae huius artis magiltri  
 & cultores heic & alibi iubilaeum tertium agunt  
 Magna quoque in lycea ex laudato artificio redundat vtilitas  
 Congratulantur idcirco musae nostrae artis laudatae cultoribus  
 excitatae ad haec gaudia  
 crastinus quia dies natalis ephebei nostri  
 iussu ac voluntate Celsissimi Comitis nostri, CHRISTIANI ERNESTI  
 decem ante annos deuoris ritibus & exquisitis ceremoniis initiati  
 & Deo consecrati  
 tubila cum caneret purior ecclesia ob exhibitam Augustanam Confessionem  
 grates idcirco laudesque persoluent  
 aeterno Dei numini  
 pro bonitate eius infinita  
 quae factum testumque praestitit  
 bonarum artium hoc domicilium  
 ab eoque incendia aliosque casus infaustos auerruncavit  
 doctores etiam in ingemeratae religionis castimonia conseruauit  
 Haec diuinae beneuolentiae documenta  
 summis laudibus extollet  
 IOANNES ANDR. FLISS, *V Vernigerodanus*, carmine Germanico  
 huic se adiungent  
 IOANNES CHRISTIANVS LVD. de REITZENSTEIN, nobilis Variscus  
 &  
 IOANNES HENRICVS CAROLVS TIMPE, *V Vernigerodanus*

qui



qui de ratione celebrandi festum eucharisticum decennale differret  
post hos prodibit

IOANNES ANDREAS ROEVER, Osteruicenfis, qui dicit  
de inuentore artis typographicæ, sermone latino  
argumentum eius ulteriori disquisitione dignum prosequentur

CHRISTIANVS GOTTLOB REISE, *Ober Isena VVeissenseisens*

&

HENRICVS ERNESTVS BODE, *VVernigerodanus*

de

typographi, Ioannis Faustii, coaceruatis diuitiis

fistoque Doctore Fausto collocaturi

his succedet

IOANNES ALBERTVS FRANTZ, *Bersello Halberstadiensis*

de artis incrementis dicturus

Tum

IO. FRID. MATTHIAS VVASSERMANN, *Biliena Hildesensis*  
de vsu artis impressoriae differet

CHRISTOPH. GODOFR. IACOBI, *Stapelnburgo VVernigerodanus*  
de abutu huius artis dicit ligata oratione

CHRISTIAN. GOTTLIEB KRATZENSTEIN, *VVernigerodanus*  
utilitatem, quam peculiariter scholæ ex typographia capiunt, ostendet

IOANNES CHRISTOPH. ERBSTEIN, *Longosalsiensis*  
laudes artis impressoriae percensebit carmine Teutonico

& vota precæque pro communi salute concipiet.

Has alumnas musas

cras hora p. m. IV declamantes

vt

summi & honoratissimi vrbis nostræ præceres

ac rei litterariæ fautores

audiendi fauore

ornare & exhilarare velint

reuerenter & officiose rogatos volo.

---

P. P. VVERNIGERODAE, d. XXV. Junii MDCCLXXX.

VD 18

78 N3

[140]

1440

86

VOTA DECENNARIA  
 EXSTRVCTIONE  
 CONSERVATIONE  
 NATALI IPSIVS  
 DI  
 OPTIMO  
 SOLV  
 ARTIS TYPICAE  
 CVLTORVM  
 IVBILITATE  
 CELEBRATA  
 AD PLAVI  
 MVSAE VVERNIGEROD  
 ACIVM DIR  
 HENRICO CARO  
 LYCEI REG



Kapitel 78 N3 [140]

1440

AK

X3037697

